Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

runt nisi in numero milliarium ab Augusta Vindelicum. Nam unus XXXXI, alter XXXXII, tertius XXXXIII M. P. exhibet. Ejusdem modi lapis exstat Veldidenæ (sed inde etiam priorum inscriptione mutatus) hic expendendus ita inscriptus:

Imp. Caes. L. Septimius
Severus. Pius. Pertinax
Aug. Arabic. Adiaben. Par
thic. Pont. Max. Trib. Pot. VIIII.
Imp. XII. Cos. II. P. P. Procos. et. Imp
Caes. M. Aurelius. Antoninus
Pius. Aug. Trib. Pot. IIII. Procos.
et. Imp. P. Septimius. Geta
Antoninus. vias. et. pontes
Restit. ab. Aug. M. P. CX

in arce Ombras, qui usque ad seculi XIII initium, teste Burgchaero t. II, l. 4, c. 25, steterat

posit

~~Ex numero tribunitiæ potestatis apparet, hanc columnam~~

42) Eutropius l. 8.
43) Aur. Victor in Severo. Eutropius l. 8.
44) Eutropius ibidem.
45) Idem ibidem.
46) Eutropius l. 9. Ad pedem montis Brenni versus Boream exstat columna milliaria cum hac inscriptione:

IMP. CAES. - L. - - - - MINO
PIO. FELICI. INVICTO. AVG. P. M.
TRIB. POTEST. COS. PP. ET. CIVIVM.
RO. - - - - - - - - - H.S. - - - - - IMO. CAES.
-AVG. - - - - - - - - - - - CXXX.

Hanc doctissimus noster Abbas Franciscus descripsit, suoque Diario inseruit, fassus eam lectu esse difficillimam. Eam tamen attribuit Imperatori Maximino: uti et Cl. Reschius Annal. Sabion. Sec. III, § 7. Hinc ita legendam atque intelligendam puto:

Imperatori Caesari Julio Maximino
Pio Felici Invicto Augusto Pontifici Maximo
Tribunitiæ Potestatis, Consuli, Patri Patriæ et Civium
Romanorum Praefectus telonio posuit hoc signum, opti
mo Cæsari
ab Augusta revertenti: Mille passus centum triginta.

Hinc laudatus Reschius ibidem: Maximinum Imperatorem e Galliis per nostrum montem Brennerum pertransisse Aquilejam, Rodierenus ibidem lapis milliaris te